

[10] Nam quod Catilīnae familiāritās obiecta Caeliō est, longē ab istā suspīciōne abhorrere dēbet. Hōc enim adulēscēntē scītis cōsulātum mēcum petisse Catilīnam. Ad quem sī accessit aut sī ā mē discessit umquam – quamquam multī bonī adulēscētēs illī hominī nēquam atque improbō studuērunt – tum exīstimētur Caelius Catilīnae nimium familiāris fuisse. At enim postea scīmus et vīdimus esse hunc in illīus amīcīs. Quis negat? Sed ego illud tempus aetātis, quod ipsū suā sponte infirmum aliōrum libīdine infēstum est, id hōc locō dēfendō. Fuit adsiduus mēcum praetōre mē; nōn nōverat Catilīnam; Āfricam tum praetor ille obtinēbat. Secūtus est tum annus, causam dē pecūniīs repetundīs Catilīna dīxit. Mēcum erat hic; illī nē advocātus quidem vēnit umquam. Deinceps fuit annus, quō ego cōsulātum petīvī; petēbat Catilīna mēcum. Numquam ad illum accessit, ā mē numquam recessit.

[11] Tot igitur annōs versātus in forō sine suspīciōne, sine infāmiā studuit Catilīnae iterum petentī. Quem ergō ad finem putās cūstōdiendam illam aetātem fuisse? Nōbīs quidem ōlim annus erat ūnus ad cohibendum bracchium togā cōstitutus, et ut exercitātiōne lūdōque campestrī tunicātī ūterēmur, eademque erat, sī statim merērī stīpendia coeperāmus, castrēnsis ratiō ac mīlītāris. Quā in aetāte nisi quī sē ipse suā gravitāte et castimōniā et cum disciplīnā domesticā, tum etiam nātūrālī quōdam bonō dēfenderet, quōquō modō ā suis cūstōditus esset, tamen infāmiam vērā effugere nōn poterat. Sed quī prīma illa initia aetātis integra atque inviolāta praestitisset, dē eius fāmā ac pudīcitiā, cum is iam sē corrōborāvisset ac vir inter virōs esset, nēmō loquēbatur.

[12] At studuit Catilīnae, cum iam aliquot annōs esset in forō, Caelius; et multī hoc idem ex omnī ōrdine atque ex omnī aetāte fēcērunt. Habuit enim ille, sicutī meminisse vōs arbitror, permulta māximārum nōn expressa sīgna, sed adumbrāta virtūtum. Ūtēbatur hominibus improbīs multīs; et quidem optimīs sē virīs dēditum esse simulābat. Erant apud

[10] Want wat betreft het feit dat Caelius een vertrouwelijke omgang met Catilina is verweten, moet hij *wat dat betreft boven iedere verdenking worden verheven*. U weet immers dat Catilina, toen *Caelius* nog een jongeman was, met mij naar het consulaat heeft gedongen. Als Caelius hem heeft benaderd of van mij ooit is weggegaan – hoewel vele integere jongemannen een aanhanger waren van die nietswaardige en verdorven man – dan zou men kunnen denken dat hij een te vertrouwelijke omgang met Catilina heeft gehad. Maar natuurlijk weten we achteraf en hebben we gezien dat hij tot diens aanhangers behoorde. Wie ontkent [*daf*]? Maar ik verdedig op deze plaats die periode van zijn leven, die juist op zichzelf zwak en bedreigd is door een hartstocht van anderen. Hij was voortdurend bij mij, toen ik pretor was; hij kende Catilina niet; *Catilina* was toen pretor over Afrika. Daarna volgde er een jaar: Catilina stond wegens afpersing terecht. *Caelius* was bij mij; hij is hem zelfs nooit als steunbetuiger te hulp gekomen. Onmiddellijk daarna volgde het jaar, waarin ik naar het consulaat heb gedongen; Catilina dong samen met mij. Nooit is hij naar hem toegegaan, van mij is hij nooit weggegaan.

[11] Nadat hij dus zoveel jaren op het Forum had verkeerd zonder verdenking [*en*] zonder een slechte naam, heeft hij Catilina gesteund, toen die zich opnieuw kandidaat stelde. Hoe lang dus had die jeugdige leeftijd moeten worden behoeft? Vroeger hadden wij immers één jaar dat bestemd was om de armen door de toga omsloten te houden en om ons aan training en sport op het Marsveld in tunica gekleed te onderwerpen, en dezelfde regel gold in het kamp en in het leger, meteen *in het begin van onze krijgsveld*. Als iemand niet op deze leeftijd door zijn ernst en onkreukbaarheid en niet alleen door een van huis uit meegekregen discipline, maar ook door een zeker aangeboren goed karakter zichzelf zou beschermen, kon hij zich, hoewel er op elke manier door zijn relaties over hem was gewaakt, desondanks aan een ware schande niet onttrekken. Maar wie dat eerste begin van zijn leven onbedorven en ongeschonden had doorgebracht [*en*] wanneer hij eenmaal sterker was geworden en een man onder de mannen was, sprak niemand over zijn reputatie en zedigheid.

[12] Maar toen hij al heel wat jaren op het Forum verkeerde, koos Caelius partij voor Catilina; en velen van elke stand en elke leeftijd hebben ditzelfde gedaan. Die had immers, zoals ik denk dat u zich herinnert, zeer vele nog niet uitdrukkelijke, maar in de kern aanwezige tekenen van de grootste kwaliteiten. Hij ging om met vele verderfelijke lieden; en toch deed hij alsof hij de beste mannen was toegedaan. Er waren bij

illum illecebrae libīdinum multae; erant etiam industriae quīdam stimulī ac labōris. Flagrābant vitia libīdinis apud illum; vigēbant etiam studia rei mīlītāris. Neque ego umquam fuisse tāle mōnstrum in terrīs ūllum putō, tam ex contrāriīs dīversisque et inter sē pūgnantibus nātūrae studiīs cupiditātibusque cōnflātum.

[13] Quis clāriōribus virīs quōdam tempore iūcundior, quis turpiōribus coniūctior? quis cīvis meliōrum partium aliquandō, quis taetrior hostis huīc cīvitātī? quis in voluptātibus inquinātior, quis in labōribus patientior? quis in rapācitate avārior, quis in largitiōne effūsior? Illa vērō, iūdicēs, in illō homine admirābilia fuērunt, comprehendere multōs amīcitiā, tuērī obsequiō, cum omnibus commūnicāre, quod habēbat, servīre temporibus suōrum omnium pecūniā, grātiā, labōre corporis, scelere etiam, sī opus esset, et audāciā, versāre suam nātūram et regere ad tempus atque hūc et illūc torquēre ac flectere, cum trīstibus sevērē, cum remissīs iūcundē, cum senibus graviter, cum iuventūte comiter, cum facinerosīs audāciter, cum libīdinōsīs luxuriōsē vīvere.

[14] Hāc ille tam variā multiplicīque nātūrā cum omnēs omnibus ex terrīs hominēs improbōs audācēsque collēgerat, tum etiam multōs fortēs virōs et bonōs speciē quādam virtūtis assimilātae tenēbat. Neque umquam ex illō dēlendī hūius imperiī tam cōnscelerātus impetus exstitisset, nisi tot vitiōrum tanta immānitās quibusdam facultātis et patientiae rādīcibus nīterētur. Quārē ista condiciō, iūdicēs, respuātur, nec Catilīnae familiāritātis crīmen haereat; est enim commūne cum multīs et cum quibusdam etiam bonīs. Mē ipsum, mē, inquam, quondam paene ille dēcēpit, cum et cīvis mihi bonus et optimī cūiusque cupidus et firmus amīcus ac fidēlis vidērētur; cūius ego facinora oculīs prius quam opīniōne, manibus ante quam suspīciōne dēprehendī. Cūius in māgnīs catervīs amīcōrum sī fuit etiam Caelius, magis est ut ipse molestē ferat errāsse sē, sicutī nōn numquam in eōdem homine mē quoque errōris mē paenitet, quam ut istīus amīcitiāe crīmen reformīdet.

hem vele verlokkingen tot losbandigheden; er waren ook enkele prikkels tot ijver en inspanning. Er brandden ondeugden van bandeloosheid bij hem; ook waren er sterke voorliefdes voor het krijgswezen. En ik denk dat er nooit enig dergelijk wonderlijk wezen op aarde is geweest, zozeer gesmeed uit tegengestelde en uiteenlopende en met elkaar strijdende *natuurlijke* voorliefdes en begeerten.

[13] Wie [was] op zekere tijd bij de meer aanzienlijke mannen meer geliefd, wie met de meer schandelijke [*lieden*] meer verbonden? Wie [was er] ooit burger van de betere partijen, wie een afschuwelijkere vijand voor deze staat? Wie in zijn genietingen smeriger, wie in zijn inspanningen meer volhardend? Wie in zijn roofzucht hebzuchtiger, wie in zijn vrijgevigheid verkwistender? Die dingen waren, leden van de jury, bij die man inderdaad bewonderenswaardig: hij won velen in vriendschap, behield ze door inschikkelijkheid, hij deelde met iedereen wat hij had, hielp zijn vrienden in tijden van nood met geld, invloed, lichamelijke inspanning, zelfs met een misdaad als het nodig was, en met brutaliteit, hij veranderde steeds van mentaliteit en richtte die naar de omstandigheden en draaide en boog die naar alle kanten, hij ging met ernstige mensenn streng om, met vrolijke innemend, met mensen op leeftijd ernstig, met de jeugd vriendelijk, met de misdadigers brutaal [*en*] met de losbandigen uitgelaten.

[14] Door dit zo veelsoortige en veelzijdige karakter had hij niet alleen alle verdorven en brutale mensen uit alle landen verzameld, maar had hij ook de beschikking over vele dapperen en goede mannen door een zekere schijn van een geheichelde moraal. Ook zou nooit uit hem een zo misdadige drang naar het vernietigen van deze staatsmacht zijn voortgekomen, als een zo grote gruwelijkheid van zoveel gebreken niet op bepaalde wortels van inschikkelijkheid en geduld zou steunen. En daarom moet die omstandigheid, leden van de jury, worden verworpen, en niet [*aan hem*] het verwijt van een vertrouwelijke omgang met Catilina blijven kleven; [*dat verwijt*] is immers gemeenschappelijk aan velen en zelfs aan sommige goede [*mensen*]. Mijzelf, mij, zeg ik, heeft hij ooit bijna misleid, toen hij mij zowel een goed burger als een standvastig en betrouwbaar vriend leek, die ook juist de beste hartstochtelijk was toegewijd; wiens wandaden ik eerder met mijn ogen dan door een veronderstelling, door de gewelddadigheden eerder dan door argwaan heb bemerkt. Als ook Caelius zich in de grote groepen van diens vrienden heeft bevonden, is er meer reden dat hij het onaangenaam vindt zich te hebben vergist, zoals ook ik soms mij erger over mijn vergissing bij diezelfde man, dan dat hij bang moet zijn voor een verwijt van vriendschap met die kerel.

[15] Itaque ā maledictīs pudicitiae ad coniūrātiōnis invidiam ōrātiō est vestra dēlāpsa. Posuistis enim, atque id tamen titubanter et strictim, coniūrātiōnis hunc propter amicitiam Catilīnae participem fuisse; in quō nōn modo crīmen nōn haerēbat, sed vix dīsertī adulēscētis cohaerēbat ōrātiō. Quī enim tantus furor in Caeliō, quod tantum aut in mōribus nātūrāque vulnus aut in rē atque fortunā? ubi dēnique est in istā suspīciōne Caelī nōmen audītum? Nimium multa dē rē minimē dubiā loquor; hoc tamen dīcō. Nōn modo sī socius coniūrātiōnis, sed nisi inimīcissimus istīus sceleris fuisset, numquam coniūrātiōnis accūsātiōne adulēscētiam suam potissimum commendāre voluisset.

[15] En zo is uw redevoering afgegleden van beschimpingen over een onzedelijkheid naar een verdachtmaking met betrekking tot een samenzwering. U hebt namelijk beweerd, en dat weliswaar weifelend en oppervlakkig, dat *Caelius* wegens de vriendschap met Catilina deelgenoot aan de samenzwering is geweest; waarin niet alleen geen grond voor een aanklacht stak, maar de redevoering van de welbespraakte jongeman vertoonde nauwelijks samenhang. Want welke zo grote verblinding [*was er*] in Caelius, welke zo grote zwakke plek in hetzij zijn karakter en aard, hetzij zijn persoonlijke omstandigheden en financiële situatie? Waar is in het algemeen Caelius' naam gehoord in verband met die verdachtmaking? Ik spreek te *lang* over een kwestie, waarover helemaal geen twijfel is; toch zeg ik het volgende. Niet alleen als hij medeplichtig aan de samenzwering, maar [*ook*] als hij niet de grootste tegenstander van die misdaad zou zijn geweest, zou hij nooit in de eerste plaats door een aanklacht wegens samenzwering zijn jeugdigheid hebben willen aanbevelen.